



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae  
Therinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1419**

XLIX. Ad D. Ludouicum Principem VVirtebergicum, & Teccium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12434**

*Si queris famam, famam virtute PHILIPPE  
Sic eme, quò te humeris tollat ad astra suis.*

XLIIIX.

Ad D. Philippum Ludouicum Com. Palat. Rheni,  
Ducem Bauarix.

*Qui regit imperio populos, memor esto PHILIPPE,  
(LIPPE,*

*Quod regit imperio sic homines, ut homo.*

*Quod regit ex legum præscripto: denique semper*

*Quod non imperio, quos regit, ille regit.*

*Sic regit imperio melius: pater ipse futurus*

*Subiectis, soboli quod pater esse solet.*

*Felicem populū, te Principe Patre, PHILIPPE,  
(PE:*

*Det Deus imperio tempora longa tuo.*

XLIX

Ad D. Ludouicum Principem VVirtebergicum, & Teccium.

*Pocula que donas mihi, dux LVDOVICE,  
(fauoris*

*Gratus ut agnosco pignora magna tui:*

*Sic inter pateras procerum fulgere, ducumque*

*Crateras faciam semper habere locum.*

*Quin etiam Musis hæc, Musarumque ministris*

*Propinabo libens, sed memor ipse tui:*

B 4 Proque.



*Proque salute tua superis bona vina, litabo;  
Quando aliter reddi gratia digna nequit*

L.

Rudolpho ab Hertz-  
heim EQ.

*Iguavos fortuna premit, metuitq, RODOLPHE,  
Fortes, ut faueat Fors tibi, fortis eris.*

LI.

Ioan. Philippo Fuchsio à  
Pinbach, Andr. F. EQ.

*Si quando tibi, sique veritati  
Fortè obesse silentium putabis:  
Tunc impunè loqui potes, PHILIPPE,  
Fas hoc est: aliàs silere præstat.*

LII.

Ad Pancratium Stibarum  
à Putenheim  
EQ. FR.

*Nec canibus cervos sectatus fertur Achilles,  
Nec laqueis: velox sic pede nempe fuit.  
Pindarus est auctor, ceruorum quippe medulla  
Pastus hic, & cervis par fuit inde fuga.  
At mihi non eadem vis est in corpore tardo:  
Nam cerui mihi non esca medulla fuit,*

*Speffat*